



**R. P. Fr. Ioannis Poncii, Corcagia-Hiberni, Ordinis Ff.
Minorvm, Sacræ Theologiæ Lectoris Ivbilati, Olim in
Collegio Romano S. Isidori Primarij Professoris;
Philosophiæ Ad Mentem Scoti Cvrsvs Integer**

Poncius, Joannes

Lugduni, 1659

8. An Astra habeant lucem à semetipsis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95688)

CONCLUSIO IV.

*Etiam si celi diu-
stinguere-
tur specie
incertum
an lapa-
riones
esset
mobili-
tas.* 17 *Quamuis celi distinguerentur specie, incertum ta-
men esset an superiores sint perfectiores inferioribus.*
Hæc est contra S. Thomam 12. met. c. 8. & *Conim-
bricenses*, qui tenent oppositum de omnibus cælis, excepto
cælo Solis quod putant cæteris perfectius, ut Sol est præ-
stantior Planeta reliquis.

Probatur quia nulla prorsus ratio est, ob quam quod
minus præstans est, non possit esse in superiori loco etiam
ex natura sua, nec sane ex eo, quod aqua sit superior terra
colligitur sufficienter quod sit ea perfectior, nec ex superio-
ritate aeris ad aquam sequitur perfectiorem eum esse.

Confirmatur primo, quia licet si peterent superiores locum
locum ex natura sua, daretur superiores inferioribus in
perfectione præferendos, tamen non constat quod id pe-
tant potius ex natura sua, quam quod cõpetat ipsis mere
accidentaliter, & ex eo, quod habeat maiorem quantita-
tem, ac propterea non possint contineri sub cælis, qui sunt
inferiores, nisi augeretur eorum quantitas: sed si id compe-
teret ipsis accidentaliter, certum est, quod non argueret
in ipsis distinctionem specificam.

Confirmatur secundo: quia ex Astris Sol est perfectis-
simus, & tamen non habet altiores locum secundum
aduersarios, & idem est de cælo ipsis secundum *Conim-
bricenses*: ergo altior locus non arguit maiorem dignita-
tem, nec humilior minorem.

QVÆSTIO VIII.

An Astra habeant lucem à semetipsis.

72 *Suppono* lucem esse accides, & Solem ex semetipso
esse lucidissimum, quod extra controuersiam facit
quotidiana experientia, qua etiam probatur cætera astra,
quæ videntur, lucida esse, neque alias viderentur, sed con-
trouersia est, an cætera astra, quicquid lucis habent, Soli
acceptum referre debeant, habent ne vero ex natura
sua aliquid lucis.

CONCLUSIO I.

*Planetae suam lucem principaliter à Sole partici-
pant.* Hæc est communis & *Probatur*: tum quia ex diuer-
sa approximatione ad Solem magis ac minus lucent, & hæc
de causa Sol medio inter Planetas loco constitutus dicitur,
ut melius posset illis lucem communicare, tum quia a tas
interposita terra inter Solem, & Lunam dum fit Eclipsi-
s, deberet Luna apparere lucida contra experientiam. Vixi
in conclusione principaliter, quia non improbabile est
eos aliquid à se lucis habere, ut colligi videtur ex eo quod
in Eclipsi lucem aliquam retineat Luna, quamuis non ul-
li possent illam ipsam habere à Sole non quidem directe,
sed indirecte, quatenus scilicet illuminat cælum, & hoc
illuminatum Lunam etiam illuminat aliquantulum.

73 *Obiicitur*. Alij planetæ non obscurantur propter inter-
positionem terre ipsos inter & Solem, ergo suam lucem
à se ipsis principaliter habent.

Respondetur communiter negando consequentiam: cuius
ratio assignatur, quod umbra terre non perueniat nisi
ad Venerem, & propterea interpositio terre nequit im-
pedire illuminationem altiorum planetarum, ut Saturni,
Iouis, Martis. Ipsa autem Venus & Mercurius ad quorum
cælum pertingit umbra terre, nunquam à Sole tantum
recedunt, ut ex diametro ipsi opponantur, nec propterea
potest interponi terra inter ipsos, & Solem, ut possint
Eclipsari.

CONCLUSIO II.

Stelle fixæ habent lucem suam principaliter à seipsis.
74 Hæc est communior, & *Probatur*: quia perfectionis
est habere à seipsis lucem, & non constat vlla experientia
quod stelle illæ mutent à Sole suam lucem, imo potius suf-
fragatur experientia opposito, nam in ipsa meridie ex altis-
simis puteis stelle fixæ videri possunt, cum tamen tum il-
luminari non possent à Sole, qui supponitur esse à tergo
opacus, nec potest consequenter illuminare nisi quod al-
picitur: tum autem non aspiciunt illas stellas, nec potest dici
quod indirecte eas illuminaret, sicut secundum multos il-

luminat Lunam in Eclipsi, quia sic non apparerent nisi
per lucem contra experientiam.

75 *Quæres*, an lux corporum cælestium & sublunarium
sit eiusdem speciei. *Respondeo* deo, quantum ad sensum no-
strum & experientiam attinet, videri quod sic, tum quia enim
videntur habere similitudinem, nec est inconueniens quod
cælestia & sublunaria sint affecta qualitatibus eiusdem spe-
ciei. Posset tamen fieri quod lux cælestium corporum sit
diuersæ speciei, quia posset habere virtutem, & suam respec-
tu multorum effectuum, quos attingere non posset lux sub-
lunaris. Et ita sane dicendum esset, si per lucem produceret
Sol calorem, neque enim lux sublunaris est calefactiva:
existimo tamen omnino falsum esse, quod Sol per lucem
tanquam per instrumentum ca eficiat, cur enim non pro-
duceret calorem immediate, siue per virtutem suam sub-
stantialem; siue per calorem formalem, si habeat talem?

Confirmatur quia astra aliqua habent producere frigus,
sed non per lucem, nec per aliam qualitatem, nisi dicatur
esse frigida formaliter, sed per virtutem suam substantialem,
ergo per talē virtutē producit Sol calorem, & non per lu-
cem aut aliam qualitatem, nisi sit calidus formaliter: con-
sequenter patet à paritate rationis.

76 *Dicitur* si Sol produceret calorem, & non per lucem,
ageret in distans, quia non producit calorem in orbibus
intermediis inter ipsam & sublunari: ergo producit ca-
lorem mediante luce.

Respondetur primo, mihi valde incertum esse, an Sol pro-
ducat calorem in cælis, & probabilis est quod sic, modo
habeant quantitatem eiusdem rationis cum quantitate
sublunari, & modo hæc sit subiectum immediatum qua-
ritati primum, ut communiter tenetur; unde negari
possit sequela cum sua probatione.

Respondetur secundo distinguendo si quelam: ageret in
distans non habendo vllam actionem in medio, nego se-
quelam; ageret in distans, non habendo similem actio-
nem in medio, nec aliam etiam, quæ esset principium ac-
tionis in distans, concedo ante edens.

Respondetur posset tertio, concedendo absolute sequelam
iuxta communia Scotistarum principia.

QVÆSTIO IX.

De motu Cælorum.

77 *Plures* in hac questione expediuntur difficultates
motu concernentes, ut an orbis inferiores moueā-
tur moribus orbium superiorum, an moueantur à seip-
sis, an motus sit ipsis naturalis, an per motum agant in
hæc inferiora tanquam per principium quo: an cessante
motu corporum cælestium cessarent omnes motus sublu-
narium.

Antequam resoluantur hæc difficultates, suppono om-
nes cælos moueri ab oriente ad occidentem, & quidem
spatio vngiti-quatuor horarum, qui motus vocatur motus
diurnus ac raptus, & ab Astronomis dicitur per se primo
completus primo mobili & per accidens cæteris inferiori-
bus orbibus, ex eo scilicet quod eos trahat secum primum
mobile. Præter hunc autem motum omnibus cælis com-
munem planetae habent suos proprios motus quibus cur-
sum suum circa orbem pergunt, Luna quidem 29. diebus,
septem horis, & 44. minutis. Mercurius & Venus 365.
diebus, septem horis, 46. minutis, & eorundem fere Sol.
Mars vno anno, diebus trecentis, viginti vno, horis 23.
Iupiter vndeicim annis, 313. diebus, 20. horis. Saturnus, 29.
annis, 162. diebus, 20. horis, ut Astronomi diuturna ob-
seruatione notauerunt.

78 Fateor quidem Copernicum de reuolutionibus orbium
cælestium, & quosdam alios negauisse cælos moueri, sed
eos esse penitus immobiles, & terram ipsam moueri,
quoniam nobis immobilis apparet deceptis ea ratione,
qua nauigantes iuxta terram putant terram potius quam
se moueri. At hæc opinio prohibita est a Congregatione
Indicis, & non solum Scripturæ aduersatur Eccl. 1.
Generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in
æternum stat; oritur Sol & occidit, & ad locum suum re-
uertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flecti-
tur ad Aquilonem: & Iosue 10. ubi Sol stetit refertur, &
G g g

*Planetae
suam lu-
cem prin-
cipaliter
à Sole
partici-
pant.*

*Stelle fixæ
habent
lucem
suam
principaliter
à seipsis.*

*Omnes
cæli mo-
uentur
ab ori-
e ad oc-
cidentem.
Alium
particu-
larem
motum
habent
planetae.*

*Terra
non mo-
uetur
cælo im-
mobili.*